

*Musico de Salamanca*

TRACTATUS  
DE STUDIO  
CONCILIORUM  
*S. D. Fran<sup>co</sup>* EORUMQUE *Forsada*  
COLLECTIONIBUS,  
AUCTORE  
FRANCISCO SALMONIO  
DOCTORE AC BIBLIOTHECARIO  
Sorbonæ Parisiensis.

EDITIO PRIMA LATINA:  
QUI NUNC PRIMUM ACCESSET  
EPITOME VIT. PONTIFICUM ROMANORUM, ET SERIES  
CRONOLOGICA, PER CENTURIAS DISPOSITA,  
CONCILIORUM.



VENETIIS.  
Ex TYPOGRAPHIA BALLEONIANA.  
MDCCLXIV.

---

Superiorum Permissu, ac Privilegiis.



# AD INTRODUCTIONEM C R I T I C A M

In Concil. eorumque Collectiones.

## P R A E F A T I O.




D veram Ecclesiastice eruditionis laudem contendenti nemo per haec tempora melius fortasse consuluit, quam Franciscus Salmon, Parisiensis Sorbone Doctor & Bibliothecarius, edito hoc de Concilis Tractatu, sive, ut doctissimi Lipsiensis inscribunt, *Introductione Critica in Concilia eorumque Collectiones*. Ac Mabillonius quidem ad studia Monastica rite instituenda, Lamius ad recte intelligendam Sacram Scripturam, Bonaventura d'Argonne, Cartusianorum S. Juliani Rothomagensis Vicarins, ad Ecclesiæ Patrum Doctorumque scripta multa cum utilitate legenda, introduciones dederunt: nemo vero ahdue inventus est, qui id ipsum praestaret erga Concilia; quod tamen & ipsius argumenti dignas, & res præsertim tenetibus undique difficultatisque circumsepta jamdui requiri videbatur. Nullæ enim usque tunc extiterunt Conciliorum collectiones, nisi vulgates; nulla compendia, nisi tria & communia: ac, si que deinde novæ prodierunt, ex non ad severissimas artis criticæ regulas, sed ad Auctoris quaque sui ingenii elaboratae, dubia subinde, obscura, falsa, magna rerum confusione, legentibus exhibent. Hæc secum ipse reputans doctissimus Salmon studitor malis & incommodis remedium aliquod afferre, & qua maiore potuit industria diligentiaque contendit, ut in posterum perfecta, numerisque omnibus, si fieri posset, absoluta, ad Ecclesiasticonum commodum, Ecclesiastique utilitatem, Conciliorum Collectio prodiat. Ardium sane Opus, atque adeo immensum suscepit: sed ipsius operis ratio breviter qualsique per compendium descripta fatis ostendit, quam strenue naviterque, quod fibi proposuerat, clarissimus vir absolverit. Nam, toto Operæ in tres partes distributo, prima continet tum generalem, tum particularem Conciliorum utilitatem, sive dogma, sive mores, sive disciplinam, sive historiam, præfertim Ecclesiasticam, respicias. Habet in hac Conciliorum OEcumenicorum, uti vocant, *infallibilitatem*, ex perpetua neque unquam interrupta consuetudine, quæ ab Apostolis primum prolecta & inducta, tot deinceps exemplis confirmata fuit. Vides, initio plura in Gracia, primisque Ecclesiæ saeculis fuisse celebrata Concilia, quam in Occidente; & intelligis, inde pletumque afflictam quassatamque Ecclesiam vires animumque sumpsisse. Nam veneratio quoniamvis Conciliorum Canonibus perpetuo habita, etiam in Oriente, satis se prodit in Collectionibus, quæ magna cura confectæ, majore etiam studio & diligentia conservata fuerint, ut egregie Auctor noster contendit contra eos, qui Conciliorum anterioritatem oppugnant. Qui enim dubites de veritate rerum, quas continent, cum & Acta & Canones habeas, tales omnino, quales in hisce convencibus conditi firmatique fuerint? Quod si

*Salmon Concil.*

a z

cet



# INTRODUCTIO CRITICA IN CONCILIA, EORUMQUE COLLECTIONES

*In Tres Partes divisa.*

---

## PROEMIUM.

### DE OPERIS PROPOSITO ET UTILITATE.



UANQUAM ea semper omnibus sententia stetit, in Conciliorum doctrinam summo studio incumbendum sit esse, qui scire praecipua velint ad Religionis nostræ Dogmata, & Mores, ac Disciplinam spectantia, atque ipsum, ut ita dicam, Ecclesiæ spiritum intelligere, non optima tamen semper, ut erat oprandum, ratio ac methodus in studijs tam necessario videtur esse instituta. Plerique scilicet satis sibi cesse rati incompletissimos fontes obiter tantum, & ubi præsens usus poscit, adire, ad Conciliorum monumenta tum solum consurgere conseruerunt, ubi de veritate quapiam demonstranda, & quapiam confutanda heresi satagium, sive ubi quod Ecclesiæ regnum, qui fidelium mores quoque seculo fuerint, inquinint, sive quamdam altam expendunt historiam, cui lumen inde possit afferri. At qui integrum Conciliorum doctrinam ordine ac methodo sint meditari, Acta eorum omnia perpendent, de archetypis exemplariis, unde illa desumpta sunt, inquisierint, varias MSS. Codicum lectiones inter se diligenter contulerint, quæque ex illis habonda sint geruina, disjudicaverint, pauci admodum extiterunt.

Neque vero plures aut in Interpretationibus ad exemplarium, quibus illæ apponuntur, trutinam revocandis, aut in iis, que ad chronologiam, & Geographiam pertinent, praincipue vero Episcoponum, Episcopatum, urbiuum, cæterorumque locorum nominibus, quorum in Conciliis mentio fit, illustrandis operam suam collocant. Saltem praecipuas, que sepe in illis occurunt, difficultates suis explicare Commentariis perpauci Scriptores aggressi sunt, aut ea publici juris facere neglexerunt; hac rota videlicet Collectoribus Conciliorum relicta sparta, & in eorum fide & diligentia singulis acquiesceribus.

Plurimæ sane extant istiusmodi Collectiones, sed yatis unaquaque laborat animadversione dignis: tantum abest, ut ulla numeris omnibus absoluta censeri queat. Opus est hoc adeo magnum atque arduum, & ad id perficiendum tot ac tanta collecta in unum desiderantur, ut Collectoribus ipsis sua virtus notari, minime grave sumum sit. Viris itaque, qui in Conciliis colligendis infudarunt, doctissimis quidem, nec sua laude privandis nullam me fa-